Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1977

Quelle:
Copyright:

DVII.

500 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. nunc 60. 4. continet Doctrinae *Lutheranae* Articulos XII. primo tamen demto, qui deperiit, ita, ut nunc initium fit ab Art. II. de duabus in Chriſto Naturis ejusmodi: *Der ander artickl, von baiden naturen Im Herrn Chriſto. Wir glauben an Jeſum Criſtum einigen eingebornen*, Joan. 1. *vnnd eigenen*, Rom. 8. *Sonne der von ewigkait auſs des vattern weſen getzeuget* &c. Articulus III. agit de Miniſterio Jeſu Chriſti, IV. de Poenitentia, V. de bonis Operibus, VI. de vero et falſo Dei cultu, VII. de Sacramentis, VIII. de Ordinationibus et Miniſtris Eccleſiae, IX. de Simonia, X. de Cerimoniis, XI. de Matrimonio, XII. de Magiſtratibus. Tractatus totus Inſtructio videtur quibusdam petentibus data. Articulus enim de Simonia incipit: *Weil ihr von dieſem artickl auch bericht begert, will ich ihn himit anhengen.* Verum quis? quibus? In tanta ejusmodi Confeſſionum copia difficile eſt diſpicere.

DVIII.

512 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 67. 4. inſcribitur *Directio*, dividiturque in III. Articulos, quorum primus de *Juſtificatione*, alter de *Eccleſia*, tertius de *Traditionibus humanis* tractat. Capita primi ſunt: *Juſtificatio originalis, Peccatum originale, Arbitrium humanum, Juſtificatio reparatrix, Fides, Opera, Fiducia Operum.* Capita ſecundi: *Eccleſia vna, Poteſtas eccleſiae, Confeſſio, Caena Domini, Ritus communionis caenae Domini, Miſſa, Sacrificium.* Capita tertii: *Ordo eccleſiaſticus, Coelibatus, Vota monaſtica, Delectus ciborum, Imagines, Feſti dies.* Autor e *Lutheranis* eſt, mitis tamen. Tractationis methodus, congeries Locorum S. Scripturae, iisque ſubjunctae Adnotationes. Orditur a loco *Deut.* XII. *Quod praecipio tibi hoc tantum facito domino, nec addas quicquam nec minuas.* &c. Ad quem notatur: *Ea lex aeque chriſtianis ac Judeis dicta eſt, vt per mediam uiam ingrediantur, et directam in ſenſum euangelij et omnino ſcripturae totius ſacrae, nanque ab his ſiue in dextram homines deflectant, id eſt, addant ex ſuo ſenſu, ſiue in ſiniſtram, id eſt negent, quod dicunt ſcripturae, par utrinque error et ratio credendorum ad licentiam perducta* &c. *Pauline Scalichii*, an *Seb. Pfauſeri?* Exemplar certe alicui *Auſtriacorum* Principum oblatum.

DIX.

Codex chartaceus germ. Sec. 623
XVI. Folior. 17. 4. fine mutilatus inſcribitur: *Klage Jeſu Chriſti wider die vermeynten Euangeliſchen*, et incipit: *Ach wie iſt menſchlich geſchlecht durch die ſünde vnd vbertrettung meynes wortes ſo ganz vnd gar verderbt!* &c.